



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem  
Contagiosam Aliosqve Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Cap. L. De S. Digna Gelensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

Ultanum aliosque Apostolicos ex Hybernia prædicatores receperit & fouverit. Sæpius enim deprehensum est ut eius sancti natalitio die pij fideles obierint cui magis deuoti in vita extiterant. Louanium prima Ducatus Brabantiae & totius Belgij ciuitas, inquit Molanus, eam ut primam Brabantiae palmam festo die honorat ex constitutione Honorij Tertij Pontificis Romani.

In natal.  
SS. Belg.  
17. Martii  
& lib. de  
piet c. 616

Pingitur, inquit idem, cum muribus; quod nihil aliud significat nisi quod sancta Virgo diabolum, qui per tales bestias tenebras diligentibus designatur, superauerit, & quod alios quoscumque potuit, de tenebris ad claritatem æternæ lucis per suam sanctam vitam & doctrinam reuocare studuerit. Dicitque se audiuisse à quodam Canonico Ecclesiæ Nivelensis (est enim ibi Capitulum utriusque sexus in quo Canonicae eaque nobiles & sæculares dignorem locum obtinent) ex antiqua traditione à senioribus suis confratribus accepta, de puteo qui est in crypta Ecclesiæ, maiores solere aquam adferre qua cum aspergerent domos suas & agros, liberabantur a muribus. Sed nunc, addebat, refrigerante multorum caritate, sicut alibi, sic & in nostra Ecclesia cessant miracula.

## C A P. X L I X.

*De S. Digna Gelensi.*

**P**eccabo & grauiter, ô candidissimum virginitatis lily inter spinas gentilitatis ortum, & rubicunda proprio sanguine innocenter ab incesto patre purpurata rosa, si te huic sacro choro non adiunxero. Tu enim Campaniæ nostræ Brabentinæ primiceria Virgo-Martyres, & viciniæ nostræ Gelensis municipij sacra In-

H h ~ 3. qui,

Inquilina non solùm infernalium furiarum magna dominatrix, sed & sacro igne obsessorum corporum fida libertrix, quem non semel tuis meritis restinxisti. Patere ergo ut h̄ic vnum alterūmve exemplum in aliorum iniuitatorium, & ad tui honorem referam, ex gestis tuis heroicis & miraculosis beneficijs, quæ integrō libello nuper cōtexui. Erat sanctimonialis & religiosa quædam femina igne infernali quem Medici Sacrum seu Persicum vocat, toto corpore miserabiliter accensa. Serpebat is in dies nouas vires acquirendo, ita vt membra eius paulatim de-pasceretur. Intolerabilis erat dolor, neque obvium aut præsens remedium à medica manu. Mētem ei tetigit memoria & affectus erga nostram Virginem S. Dignam, cuius tunc cultus vbique frequens erat vndique salutarem eius opem poscentibus & ferentibus, vicinis & longinquis. Insecura est horum laudabilia vestigia jam dicta sanctimonialis, & sacras Virginis reliquias ritu sacro Gelæ visitauit, atque ad eas toto corde conuerſa restingendo igni salutare refrigerium humiliter expostulauit, obtinuit, & optatę sanitatis gaudio læta domum reportauit. Restinēt per Virginis merita operante diuina gratia vorabundo hoc igne, non ita diu pōst in curatis jam corporis partibus adeò vehementi se rursus succendi calore persensit, vt posteriora hæc prioribus duriora timeret. Ecquid mirum h̄ic aut admirandum? non semper in primo actu perfectè sanat summus ille Archiater, sed sēpē per interualla & tractus temporū, cui exemplo erit Euangelicus cæcus qui nonnihil illuminatus, homines primū vidit velut arbores ambulantes; at postmodum visu in totum restituto perfectè vidi omnia. Et quis hic ad amissum veritatis verus indagator de reditu morbi? hoc ex vero, sensit calorem, timuit rediuiuum ignem, refugit ad liberafricis suæ auxiliū, cumq; diutiū foli-

In vita  
S. Dymp-  
næ ca. 24.

Marci 8.

soltis orationibus & consuetæ deuotionis operibus infi-  
steret, perfectæ sanitatis beneficij ipsa facta perfectior  
non amplius pro morbo deprecatura sed actura gratias  
recepit.

Objicient fortassis h̄ic nostri s̄æculi variè dissecti se-  
tarij, in celeritate & moræ breuitate adeoque perfecta  
sanitate miraculorum consistere præstantiam. At verbo  
ijs respondeo, verum quidem esse quod virtus diuina du-  
rationis indiga non sit; tamen illa Deus paulatim & sen-  
sim quandoque operatur, nec miraculo perfecta sanitas  
semper confessim redditur & in instanti, ut in cœco jam  
dicto apparuit. quid mirum si etiam in sanctis id locum  
habeat quibus faciendi miracula communicata est pote-  
stas? forsitan illud contingit, vt qui sibi paulatim cernit  
conferri beneficium, pluris id ipsum faciat. Sed neq; ne-  
gandum redenntibus peccatis morborum causis, eorum  
effectus sæpè redire. Diuulgata vero huius sanctimonia-  
lis miraculosa curatione, puer quidam eodem sacro igne  
accensus, non aliò quam ad sacram hanc curatricem à  
parentibus Gelam defertur, eandem pariter opem ab ea-  
dem per preces & vota sperantibus. Cumque Virginis  
Ecclesiæ mirabilem miserandamque suam prolem infer-  
rent, casu contigit eodem tempore sacram concessionem  
ad populum à presbytero haberi. qui misera infantis ad-  
flictione non parum commoti, vna cum parentibus san-  
ctam Virginem supplices deprecantur, vt manum auxi-  
liatricem porrigit ignemque membra exedentem di-  
gnetur extinguere. Vix preces fusæ, & ecce omnis ille  
ignis pestifer omnino extintus, & puer omnimodæ sa-  
nitati perfectè restitutus est. Quid ego h̄ic dicam? certè  
stupeo neque possum quin te magnis vocibus, δ magna  
magnorum morborum curatrix, laudem, & votum hoc  
cum magno Lipsio pro patria h̄ic interseram.

Plu-

*Plurima iam bello ciuili labitur et es  
Suisque Belga viribus  
Interit, ac toti debet ludibria mundo.  
Heu triste fatum! quis modus,  
Et quis finiserit? finis, si turbida vita  
Emancipata criminis  
Mundatur, si vindicat hanc sibi mascula virtus.*

*Tu virgo conantes iuua:  
Et veluti cancer ferus ille quieuit, & ate  
Prohibitus ultra serpere,  
Sic gangrena mali deseniat intestini  
Et in vicem veniat Quies.  
Illa Quies optata bonis & suspirata.  
Aspira & indulge frui;  
Ac simul ardentem patriam depellito pestem  
Quae tot ruinat corpora.*

Diem obiit tenerrima Virguncula, ut potè quindecim tam  
tummodo annorum nata, anno Christiano 600. 30. die  
Maij, ferali gladio incesti patris ceruicem percussa eo ip-  
so loco quo nunc Xenodochium Gele conspicitur à Ber-  
tholdis Grimbergæ & Gele Dominis fundatū. quod enim  
quidam asserere conentur eā passam ubi hodie collegiata  
eius est Ecclesia à Merodianis ampliter dotata, pluribus  
in eiusdem vita refuto, quā, cum Deus & superiores vo-  
luerint, luci dabo. Festū tamen eius colitur 15. Maij, quod  
eo die per Cameracensem Episcopum facta sit sacri cor-  
poris in nouam ex argento gemmisq; fabricatam Lipsia-  
nothecam translatio, quando supra Virginem eius pectus  
in marmorea ab angelis fabricata tumba quiescentis, ru-  
bens lapis inventus est cum hoc Epitaphio: Hic jacet S.  
Digna Virgo & Martyr. & quam conuenientissime in  
marmore enim candido congruebat honori virgineote-  
stimonium castitatis: & in lapide rubicundo inditum  
passionis.

CAP.

Pet. Ca-  
merac.  
In vita.